

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XIX**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

# F O S S I L I U M .

151

heimis hodie & Goseitanis. Inventarum partes quæ respiciunt, Solem meliores ad experimentum; deteriores, qua terram. Illæ quippe sicciores: at ne auti agenti que recipiant colorem humor impedit. *Pumex* in iis quæ arserunt invenitur locis, ex terra excoctus vel lapide. Fistulas quia habet in quibus aët levis est & innatæ, & quia humore caret, non comburitur. Qui carant vina, in ferventis musti immittunt dolium, statimque fervor cessat. Potores in certamine bibendi eus se se farina muniunt, sed nisi immenso impletantur potu, periclitari Theophrastus testis. Coronidis loco in hoc capite sint lapides in mari Scotico reperti, qui cum sint diffissimi herbas tamen emitunt. Vnum adseravit in umbra Cardanus, qui per se ater, radiculos canticantes lapideas, & folia exigua virentia emisit pulcherrimo spectaculo.

## C A P U T X I X .

### DE LAPIDE VITRARIO & Speculario.

**L**apidum in ardente fornace fluentium tria sunt genera. Vnum gemmis translucidis simile: hinc & colorem illarum imitatur. Sola mollitudine discedit. Hujus genus est *Alabandicus*, qui liquatur igne, & ad vitri funditur usum. Secundum genus est illi non multum simile. Colores tot non habet. Tertium genus est lapidis vitræ. Hic & proprias habet venas. Annæbergi in metallo argentario, crucis repertus figura. Friberti verò qui simiæ effingebat lineamenta: Extra terram etiam ejus inveniuntur fragmenta: sed cursu aquarum aut sui aut alterius generis poliuntur attritu. Candidus lapis uritur, cribro secernitur, ex eo arenas, ex his conflantur vitra. Id genus arenas vitri fériles, Belus amnis, in radice Carmeli montis ortus in Phœnicio, inter Ptolemaidem coloniam & Tyrum urbem, ad littus desert marinum, quæ fluctibus voluntaræ, detritis nitescant sordibus. *Plinius l. 36. c. 26.*

Ca. 4.

Ea.

Fama est appulsa nave mercatorum nitri, cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinus attollendus lapidum occasio, glebas nitri è nave subdidisse: quibus accessis pérmita arena littoris, translucentes nobilis liquorū fluxisse rivos, & hanc fuisse vitri originem. Ceterum non ex hac sola arena vitrum confici putandum est. tribus ejus portionibus una additur nitri; ex quibus simul liquatis Ammonitrum oritur. Si deficit nitrum, fossilis adimplerat sal defectum; si hic, aut marinus, aut cinetes herbae anthyllidis combustus. Cum autem igne vitri liqueficit materia, spumas agit; haec verruculo detrahuntur; mox concretae in panes coguntur candidos, quibus sapor mistus, falsus magis quam amarus. Ferunt Tiberio Principe excoxitatum vitri temperamentum ut fluxile esset: & numeram officinam artificis ejus abolitam, ne aris, argenti, arseni metallis precia detraherentur, eaque fama crebrior diu, quam certior fuit. Nostro tempore Venetias potissimum, vitrum nobilitat. Vidimus, qui ex eo ad lampadis splendorem varia formarunt opera. Neronis principatu reperta vitri arte, quae modicos calices duos, pterotos (id est Pinnatos duabus ansis appositis) appellabant H- S sex millibus venderet. Speculares lapides hoc resero, quæ materia erant lucida, ut Basiliz scribit, ætis instar transpatens. Fenestræ veteres imponebant, ut nos vitrum. Nero Templum Fortunæ ex speculatibus construxit, in quo qui erat, extrinsecus clausis etiam portis conspiciebatur, inclusa lux non transmissa apparebat. Pancirolla l. 1. de Veter. Deperd. Inter mirabilia Cubæ & filices dicuntur variæ quidim molis, sed omnes rotunditatis tantæ ut globorum usum supplere possint, juxta fluvium Caute tanta copia reperiiti tradunt, ut ibi lapides pluviæ videantur. de Lact. Amer. cap. 11.

CA-